

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

S ante I

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Sergestus, Vnus ex comitibus Aeneae. Virg. 1. Aen. Mnesthea, Scigellumq; vocat.

Seria, Hispaniae ulterioris urbs, in tractu Celtico, alio nomine fama Iulia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Seriphos, Insula, in quam relegabantur nocentes, ut in Gya-ron. Iuvenal. Saryr. 10: Ut Gyarae clausis scopulis, parvaque Seripho.

Seriphus, phi, penultima producta, seripho. Insula est in ma-ri Aegro, una Cycladum, viginti non amplius passuum mil-ia distans a Delo: refert Plinius libro 4. capite 12. In hac in-sula ranae profusae mutant esse traduntur: unde proverbialiter Seriphia rana dicitur, in homines mutos, ac dicendi, canendi-que profus imperitos, sed ranae in seripho. Vide Plinium li-bro 8. cap. 31.

Seriphus, a, um, seripho. Adiectivum, ut est illud Themistoclis: Neq; enim vel tu, si Atheniensis esses, clarus extitisses: aut ego si Seriphus essem, ignobilis.

Serius, Fluvius Cisalpinus Galliae, per Bergomatem agrum, in Adduam fluens: quo vallis Seriana in eodem agro populosa, artificiosaq; nominata est. Hec Calepinus. Nam veterum (quod quidem sciam) nemo est qui fluvium huius meminerit.

Sermylia, sive Sermylia, sermilia Stephano, Civitas est in fini-bus Macedoniae, non procul ab Atho monte, ut scribit Hero-dotus lib. 7.

Seropha, seropha, Civitas Phoenices, apud quam nascebatur vi-num laudatissimum, quod Seropianum dicebatur. Sidonius: Quaeq; Seropano palmitum mulla bibas.

Serranus, Vide SERRANVS UNICO.

Serthium, sive Serthium, pen. prod. serthio Stephano, mons Thraciae, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Serthi, serthi, Populi sunt Colchici vicini, inter Cercetas & Ce-phalotomos sit, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

Sertorius, Civis Romanus fuit, de Nertia oriundus, rei milita-ris peritissimus, partium Marianarum fuit una cum Cinna: mo-deratius tamen se gessit, quam alii Sylla redeunte bello Mi-litidario, urbeque perito, ipse quoque in Hispaniam asu-gerit: ubi brevi tempore ob virtutem sibi gratiam earum gen-terum conciliavit: traditurque per eum Hispanos disciplinam rei militaris Romanam didicisse, ac fortiores deinde fuisse. Nam praeter artem rei militaris abstinentissimus etiam volu-ptatum, tum religiosus est habitus, quod civem quandam secum in expeditionibus haberet sequentem, quae Dianae nu-men dicebat esse, ex eaque responsa accipere, rei q; gerendae auspiciari. Quare dux Lusitanorum delectus, parvis copiis mul-tas urbes subegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus addidit. Primum Cottam navali pre-lio superavit, Phidiam Hispaniae Praetorem cum duobus mi-libus civium Romanorum interfecit, Domitium Proconsulem contrivit, Toranium quoq; a Metello missum cum toto exer-citu delevit. Denique a Pompejo victus est, & a M. Perpenna eiusdem factionis socio per proditorem in caena interfecit. Ex Plutarcho.

Serviliorum illustis Romae familia fuit: ex qua ortum tra-hit P. ille Servilius, vir triumphalis, qui a devictis Iliuris Asiae populis, Iliurici cognomen accepit: de quo vide Strab. libro 14. Item P. Servilius Rullus, qui primus Romae solidum agrum in convivio apposuit, teste Plinio libro 8. cap. 31. Huius filius fuit Servilius ille Rullus, legis Agrariae promulgator, quam Cicero in consulari suo subvertit: cuius meminit idem Plin. loco iam citato.

Servilius Tullius, Sextus Romanorum Rex, ex serva natus, Ta-naquilis astra post Tarquinii Prisci necem ad imperium pro-vectus, Hetruscos ingenti praelio fudit. Primus lustrum con-didit, populumque omnem ex censu in quinque classes di-stinxit. Verbis pomperia protulit, Quirinali & Viminali collib-muro inclusit. Tandem iamjam etate provectior, a Tarquinio genere occisus est, & insepultus in viam abiectus: idq; instin-ctu Tulliae filiae suae, quae etiam conspecto patris cadavere, auri-gam ejus reverentia lora retorquentem, compulit, ut per medium patris corpus caespitem ageretur: a quo tam inmani scelere ei vix in quo haec gesta sunt, Scelerati nomen man-sit. Vide plura de hoc apud Livium libro 1. ab Urbe. & Servius Sulpitius, Iuriscoonsultus insignis fuit Ciceronis temporibus, qui a Senatu legatus missus ad Antonium, Republicae bel-lum inferentem ea in legatione perit. Quo nomine illi statua, & monumentum publicum in campo Martio est decretum. Vide Cic. 9. Philip.

Sesamum, mi, sesamo Stephano, Verbs Paphlagoniae, postea Amalthis appellata, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 1.

Sessarethus, thi, pen. prod. sessaretho Stephano, Oppidum est Taulantio-rum, qui sunt in ea parte Macedoniae, quae Adriatico mari in-cumbit. Stephanus ex Hecataeo.

Sesostris, Aegyptiorum rex, Moxedis successor, qui subactis Maris rubri accolis, alycum navigabilem conatus est ducere

ex Nilo in mare rubrum. Idem & Colchos & Getas creditur subegisse, regionesq; omnes a se subactas trophaeis insigni-ville, quorum aliquos se vidisse testatur Herodotus muliebri pudendo insculpta. Valer. Flacc. 3. Arg. quum prima Seso-stis intulerit bella Getis.

Sestio, sive Sextia aqua, sive signa Ptolemaeo, Galliae Nar-bonensis oppidum, aquis calidis scaten: ita dictum a Sestio quodam Romanorum duce, qui subactis Salybus, oppidum hoc creditur condidisse. Vide Strabonem libro quarto. Vul-go Aixem Provence.

Sestius, praenomine Publius, Civis Romanus fuit magni ani-mi, qui Ciceroni adversus Clodium contractis armatis auxi-lio fuit, quo nomine in iudicium vocatus, defensus est a Ci-cerone elegantissima illa oratione, quae pro P. Sestio inscribitur. Eruditi tamen non Sestium, sed Sextium scribendum con-tendant. & fuit & alter Sestius, Aquarius Sestiarum in agro Sa-lyum conditor: de quo vide Strab. lib. 4. [Aixem Provence. Ger. Die Aquis in der Provinz.]

Sestiana mala, a Sestio cognominata, apud Columellam libro 12. cap. 45. Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, Sestiana melimela, Mariana, hoc liquore custo diri. Sestiana pyra, apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Sestios, [sive] Germ. Ein Stat am Hellepont in Thracia gegen Abydos über getegen.] Urbs erat in litore Thracio, ad Hellep-on-tum sita, obiacens Abydo, Leandri & Eris amore pernobilis. Strabo lib. 13, & Musaeus de amoribus Leandri & Eris.

Sestias, adis, sive, patroonymicum a Sestio Helleponti urbe de-ductum, Scarios & Thebaid. Contra autem frustis a seder anxia-ture, Supremis Sestias in scopulis est. Ero puella Sestia.

Setabis, bis sive, Fluvius est citerioris Hispaniae, in conven-tu Carthaginensi: a quo vicini populi, Setabitani appellantur a Plin. lib. 3. cap. 3. Hinc Sadaria Setaba dixit Catullus, quae ex lino Setabitano conficiebantur.

Setia, sive, Vrbis Campaniae non procul a Tarracina: a qua Sennum vinum. Martialis libro 13: Pendula Pontinos, quae spectat Setia campos, Exigua vetulos misit ab urbe cadros. Vulgo Setia.

Setubia, sive, Araxvacum oppidum, in Hispania Tarraco-nensi: cuius meminit Ptolemaeus, lib. 2. cap. 6.

Severiani, sive, Hareti qui quidam succunt: a Tatiano pri-mu propagati: deinde & a Severo aucti, qui matrimonio pe-nitit abstinendum praedicabant. Meminerunt horum Hiero-nymus & Sophronius.

Severus Septimus, Romanorum Imperator, qui Albinum ju-xta Lugdunum Galliae urbem, ingenti praelio superavit. Reli-qua eius gesta, vide apud Herodianum lib. 3. & 4. & Est item Severus, ut Servio placet, montis nome proprium in Sabinis. Virg. lib. 7. Aen. Qui Tetricae horrentes rupes, montemq; Se-verum. Quo tamen in loco Nonius severum, adive pos-ium arbitrat pro aspero.

Sevo, Mons Ingevonum, in litore Germaniae, Riphais jugis non minor, immanem ad Cimbrozum usque promontorium efficiens sinus, qui Codanus vocatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 13.

Sextus Caballus, Scurra fuit insignis Martialis aetate, qui a calcitrato nomen accepit. Martialis, lib. 11: Qui Galbam salibus suis, & ipsum Postes vincere Sextium Caballum.

Sextus, sive, Philosophus Cheronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capito. Audivit & Sextum Philosophum Cheronensem.

Siambs, sive, Insula est in Oceano Britannico. Autor Plin. lib. 4. cap. 16.

Sibde, sive, Cariae oppidum Halicarnasso ab Alexandro Ma-gno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sibylla, Vide in APPELL.

Sibyrtus, sive, Oppidum Cretae: ut ex Polybii sententia tradit Steph. Gentile est Sibyrtus, sive.

Sicambri, [sive] German. Die Westphalen/etlich deutens Ostern.] Populi Germaniae, Menapii finitimi, ad utranque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strabo libro 4. Hi cines natura flavos habent, quos crecescunt, & artificio quodam intorquent. Martialis, lib. 11: Crinibus in nodum torris venere Sicambri. Eruditi eos esse iudicant, quos hodie Gel-drenses vocamus: quanquam videntur olim latiores fuisse Si-cambrorum, quam hodie sint Geldrensiu termini.

Sicani, sive, Populi Hispaniae, a fluvio Sicari, sive potius Si-cori, dicti. De quo Lucanus: Hesperios inter Sicoris non ul-timus amnes. Hi, duce Siculo, exclusis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipsique postea ab ipsis pulsi, quos antepule-ant, insulam vicinam Italiae occupaverunt, & eam Sicaniam a suo nomine nuncupaverunt. Huius ditionis syllaba, CA, indifferenter ponitur. Virgil. lib. 3. Aen. Sicano praetenta sinu jacet insula contra. Silius libro 13: Sydera Eliseis aderat gens Sicana votis.

Sicania, [sive] German. Die Insel Sicilia.] Dicta est insula Sicilia.

Sicilia quaedam pars, in finibus Agrigentinis, ut ex Apollodori sententia tradit Steph. qui & Sicani amnem iisdem in locis collocat. Sed & insula quandoq; tota, Sicania dicta est, à Briarei Cyclopi filio Sicano: vel à Sicaniis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenae, sed Hispani.

Sicaris, Fluvius Hispaniae Tarraconensis, non procul ab Ilerda fluens, juxta quem Cæsar Afranii & Petreii exercitū sui ad deditionē compulit. Lucan. lib. 4. Hesperios inter Sicaris non ultimus amnes. Alii tamen hunc fluvium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media syllaba.

Sicci, Vrbis Numidiae Romanorum colonia, apud Plinium libro 5. cap. 3.

Sicelis. Vide SICILIA.

Sicemius, *Σικεμίου*, Vrbis Arabiæ. Inde Sicemii, & Sicemita, Stephan.

Sicendus, Lacus est Theſſaliæ, mutas habens ranas: quæ tamē aliò translatae fiunt vocales. Auctor Plin. lib. 8. cap. 58.

Sicēnus, ni, pen. prod. *Σικενοῦ*, Insula est non procul à Creta, antea Oeaoē appellata. Auctor Strab. lib. 10.

Sichæus, *Σικχαιῶν*, Filius fuit Philisthenis, sacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione juxta aras, incautus, ob auri cupiditatem interfectus: ut est apud Virg. lib. 1. Aen. Huic conjugis Sichæus erat ditissimus ager, &c.

Sichem, *Σικχημ*, Filius Chanaan, qui civitatem sui nominis edificavit in Phœnicia, quæ *Sidon* à Græcis appellata est.

Sicilia, *Σικελία*, Germ. *Die Insel Sicilia im Westmeer / nahe bey Statien getegen.* Tyrtheni maris insula, à Thucydide Sicania dicta, à pluribus Trinacia, quod tria habeat promontoria. Patet in circuitu, ut ex Agrippæ sententia tradit Plinius, D. CXVIII. M. pass. Olim agro Brutio creditur adhæsisse, posteaque interfuso mari avulsa M. D. pass. freto, juxta columnam Rhegiam. A quo dchiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido. Quin & insula ipsa inde nomen creditur traxisse, quasi Sicilias id est, refecta. Virgil. 3. Aeneid. Hæc loca vi quondam & vasta consula ruina (Tantum ævilonquinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt, quem protinus utraque tellus Vna foret. Eadem & Triquetra à quibusdā appellatur, à figura trianguli, cujus unus angulus, qui in meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem spectat, & ab Italia mille quingentis passibus distat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, quemq; ab Africa litoribus CXX. millibus passuum distare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrioneque Tyrtheno mari, à Meridie Africo alluitur. Patet in longitudinem à Peloro usque ad Pachynum millia passuum centum octoginta septem, in latitudine centum octoginta novem. Sicantiam autem dictam putant à Sicaniis Hispaniæ populis, qui ducē Sicano primū in Italiam venisse feruntur. Solinus auctor est, Siciliam primū Cyclopum sedem fuisse, iis que extinctis, Aeolum insulam occupasse. Vnde Virgil. 3. Aeneid. Ignarique vix Cyclopum allabimur oris. Item 11. Aen. Aetnaeos vidit Cyclopos Vlyſſes. De hac Diodorus sic scribit: Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea sunt Panormus, Catania, Syracusæ undecima Olympiade conditæ. Præterea Messana, Eryx, & Leontium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arcthusa fons, Eryx & Actna montes. In ea, Comœdia primū creditur inventa. Vires genuit illustres complures, ex quibus satis fuerit hic nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimedeum insignē Mathematicum.

Sicilia, lidis, *Σικελία*, patron. form. forma Græca à Sicilia deductum. Virgilius 4. Aegloga: Sicelides Musæ, paulò majora canamus.

Sicilienses, Dicuntur qui alibi orti, in Sicilia versantur, *Σικελιωται*.

Siciliensis, se, possessivum à Sicilia deductum. Cic. 2. Verr. E quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Fretum Siciliense, apud eundem 2. de Nat. deor. Quæstura Siciliensis, apud eundem in Epist.

Sicilliso, *Σικελισσῶν*, Gall. *Parler comme les Siciliens.* Ital. *Parlare à modo de Siciliani.* Ger. *Sicilisch reden.* Hisp. *Hablar como los de Sicilia.* Pol. *Memie iako Siciloscye.* Vng. *Siciliai modra gallok.* An. *To speak as the people of Sicilia.* Loquor lingua Siculorū, quorum sermo adeo corruptus fuit, ut abierit in proverbii. Plautus in Menæch. Non atticissat, sed Sicillissat.

Siculi, *Σικυλῖαι*, Qui Siciliam insulam incolunt. Cicero in Divinat. Quam Quæstor in Sicilia fuisset, ludices, itaq; ex ea provincia decessisset ut Siculis omnibus diuturnā, jucundamq; memoriam mei nominis relinquere. & Siculū mare. [Ger. *Das me Strudimeer zwischen Sicilien un Statien.*] angulū, atq; anceps alterno cursu, modò in Tuscum, modò in Ionium pelagus influit, vorticofum, & Scyllæ ac Charybdidis sevitia inclam, *Σικυλῖαι*, Sicula tellus, pro Sicilia, Virg. 1. Aen.

Sicinnus Dentatus, *Σικίννης*, Strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem, Achilles Romanus appellatus est. Is centū & viginti præliis pugnavit: cicatricem a cæcis nullam, adversa quadragintaquinq; rutili acronis aureis oculo donatus est. Triumphavit cum Imperatoribus suis triumphos novem. Vide Gellium lib. 2. cap. 11. & Plin. lib. 7. cap. 22.

Sicoris, pen. cor. Hispaniæ Tarraconensis fluvius, non longè ab Ilerda fluens, juxta quē Cæsar Afranium & Petreiam Pompejanos duces sui ad deditionem compulit. Lucan. lib. 5. Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis. Vulgò *Segre*.

Sicynus, Insula est non procul à Creta, una Sporadum, antea Oeaoē dicta, teste Plin. lib. 4. cap. 12. A Strabone tamen & Stephano, Sicenus, *Σικενοῦ*, appellatur.

Sicyon, onis, *Σικυων*, Ger. *Ein Ort in Achaïe, nahe bey Corinthe.* Vrbis vetustissima Peloponnesi, non procul à Corintho, olim Aegialos dicta à rege Aegialeo, qui totius ejus tradus imperium tenuit. Hanc Plin. lib. 36. cap. 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. Præcipue autem nobilitatem constat Occasionis simulachro à Lysippo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio, Sicyonia appellatur. Ex hac urbe ortus est Aratus ille: cujus in clarorum virorum catalogo meminit Plutarchus. Vulgò *Basilica*.

Sicyonia, *Σικυωνία*, Insula est in mari Aegeo, ex opposito ad Epidaurum, alta quidem & eminent, ut refert Plinius.

Sida, *Σιδά*, live Side, *Σιδε*, Pamphylie urbs, teste Plin. lib. 5. cap. 27. & Pomponio lib. 1. in descriptione Pamphylia.

Sidicinum Theanum, Campaniæ oppidum Mediterraneum, Sidicinum cognominatū ad discrimen alterius Theaniquod est in Apulia. Meminit utriusq; oppidi Plin. lib. 3. cap. 5.

Sidon, onis, pen. genit. prod. [*Σιδων*]. *Σιδων*, Germ. *Ein Ort in Phœnicia am West getegen.* Vrbis Phœnicæ, cum Tyro & vetustate certans, & claritate dicta (ut Eustathio place) à Sida Beli filia: quæ anquam Iosephus à Sichem filio Chanaan appellatam mavult: unde etiam apud Hebræos conditoris nomine integro servato, *Sibens* vocari tradit. A Phœnicibus iis conditum volunt qui mediterranea incolabant, qui quam perpetuis vixarentur terræ motibus, relicti sedibus suis, novam urbem ad mare condiderunt, quam à piscum ubertate sua lingua *Sidus* appellabant.

Sidonius, a, um, anteposuit, in differente. Nam apud Græcos, teste Stephano, in differente *Σιδωνίος* scribitur per *o* magnum, aut *Σιδων* per *o* parvum. [*Σιδων*]. Virg. 1. Aen. Ostendit primo aspectu Sidonis Dido. Et paulò post Sidonisque ostentat opes.

Sidrona, Dalmatiæ urbs, aliis Stridona, Vulgò *Sadrone*, Heroonymi patria.

Sidus, unis, *Σιδος*, Oppidulum est in agro Megarensum: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile *Sidus*, *Σιδων*, *Σιδων*, Stephan.

Siga, *Σιγα*, Vrbis Cæsariensis Mauritaniz, Siphacis olim regis, teste Plin. lib. 5. cap. 2.

Sigillion, *Σιγίλιον*, Simulachrum erat apud Aegyptios infans Iſidis & Serapidis, quod digito labis impresso, silentium imperare videbatur: unde & nomē accepit. *Σιγίλιον*, quod est silere, alio nomine Harpocratem appellabant. Videtur *Σιγίλιον* HARPOCRATES.

Sigillum, *Σιγίλιον*, pen. prod. [*Σιγίλιον*]. Vulgò *Gemigioni*. Germ. *Ein Bergsigel der Landschaft Teiss.* Promontorium & oppidum Troadis, Ajacis sepulcro nobilitatum. Dicitur *Σιγίλιον*, ut quidam volunt, *Σιγίλιον* hoc est, à silendo, eò quod Hercules præmio suo à Laomedonte fraudatus, dissimulato dolore, ibi se occultavit, indeq; silentio magno reversus, ubi repente ad ortus, ceperit. Alii per antiphrasin Sigillum dicitur putant, quod nullum ibi unquā sit silentium, aqua se perpetuò magno cum murmure faxis illidentibus.

Sigis, a, um, & Sigisus per quatuor syllabas. Virg. 2. Aeneid. -jam proximus ardet Vcalegon: Sigis igni freta lata recessit. Ovid. 13. Metam. -Sigis a torvo Littora prospexit vultu.

Signia, *Σιγνία*, Latii oppidum fuit, in cujus agro vinum nascitur mirè austerum, ideoq; ventis profusio sedando vitæ. Plin. lib. 14. cap. 6. Nam quod Signia nascitur, austeritate nimia continentia alvo vitæ, inter medicamenta numeratur.

Signina populi, de quibus Plin. libro 3. cap. 5. Et Vinum Signinum. Martial. lib. 13. Potabis liquidum signina morantia ventrem: Ne nimium sitiant, sit tibi parca sitis. Signina pyra apud Luvenal. Satyr. 11.

Signis, Mons est, teste Plin. lib. 5. cap. 9, in cujus radicibus sita est Apamia urbs.

Sigillaria, Vicus erat Romæ, ubi sigilla vendebantur. Gell. lib. 5. Apud Sigillaria foris in libraria ego & L. Paulus poeta confederamus. & Sigillaria præterea dicebantur duæ felli Saturnalibus addit, quibus sigilla: hoc est, parva signa amittuntur. Auctor Macrobius lib. 2. Satyr. cap. 10.

Silanius, *Σιλανῖος*, Mons Hybcæniæ insulæ altissimus, à Silano

lanio Rege in vertice ejus sepulto dicitur.

Silarus, pen. corr. Vulgo Selo in Neapolitana, Lucaniae amnis, Picentinos dividens à Lucania, cujus ea est natura, ut & virgulta, & folia in ipsum decidit lapidescant: ut refert Plin. lib. 2. cap. 10. Silus lib. 8. Nunc Nlarus quos nutrit aquis, quos guttate tradunt Duritium lapidum meris inolescere ramis. Virg. 3. Georg. Est lucos Silani juxta, ilicibusq; virentem Plutimus Albarnum volitans.

Silenti, pen. prod. [Frans. Ger. Ein Stillerer vnd Lehrmeister Bacchi.] Bacchi nutritus fuit, & pædagogus, semper alino vehi solitus: quem Aratus in gratiam alumoi inter sydera transfatus dicit. Virg. 6. Eclog. Chromis, & Mafyllus in antro Silenum pueri fomno videte jacetem, Inflatum hecetero venas, ut semper Iaccho.

Siler, maf. gen. Fluvius est, Picentinos dividens à Lucania, nature tam admirabilis, ut virgulta & frondes in ipsum decidetes statim lapidescant, teste Plin. lib. 2. cap. 103. quanvis illi, ut ceteris ferè omnibus, Silarus dicatur, nò Siler. Qua tamè terminatione effertur à Lucania lib. 2. radensque Salerni Tecta Siler. Vide plura de hoc supra in dictione SILARVS.

Silva, Fluvius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil inatet: quanvis Democritus, Aristotelesq; id verè esse negant. Vide Strab. lib. 15.

Silis, Amnis Venetia primus, ex montibus Taurifanis fluens, & in stagnum cadens, ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulae, Marianum, Torcellumq; Plin. lib. 3. cap. 18.

Silla, Vide SILLA.

Silira, sil. v. g. Insula in Oceano Britannico (ut Solinus inquit) cujus incolæ pecuniam ignari, permutationibus comæcia exercebant.

Silon, Insulam Indiæ doct esse Augustinus de Civitate Dei, lib. 21: quæ ex eo ceteris terris præcitur, quòd omnis arbor, quæ in ea pignitur, nunquam foliis nudatur.

Silphium Regio Libya, ab insula Platea usq; ad os Syrtium protensa, teste Herodoto lib. 4.

Silvanus tres fuerit, unus dicebatur domesticus, possessioni consecratus: alter agrestis pastoribus: tertius orientalis, cui est in còfinio lacus positus, à quo inter duo, pluresve fines oriuntur, ideòq; inter duo, pluresve est & lacus. Omnis autem possessio quare Silvanum colit? quia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Silyus, Fluvius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plin. lib. 6. cap. 8. Tanaim Scythia Silyus vocant.

Simethus, sive Simethis, idis, Vide SIMÆTHVS, & SIMÆTHI.

Simichidas, simichid. Nomen pastoris apud Theocritum, in Idyll. quem ipsius enarratores patrem Theocriti fuisse existimant.

Simmius, simm. Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cujus scripta enumerantur à Suida.

Simois, entis, [Frans. Ger. Ein Fluß der am Berg Ida entspringt vnd in den Treis hinlauff.] Fluvius est Troadis, ex Ida monte nascens, labitur per campum Trojanum, qui ab eo dicitur Simoisius, & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, deinde exit in Hellespontum juxta Sigeum promontorium. Virgil. 1. Aeneid. Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygiæ genuit Simoisentis ad undam.

Simoisius, a, um, adjectivum: ut, Cæpus Simoisius hoc est, Troadis campus, Simoisente irrigatus. Quo nomine etiam dicitur fuit adolescens quidam Trojanus, quòd apud Simoisentem fluvium esset natus. Autor Homer. 4. Iliad.

Simonides, plures fuerunt nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis, Hebræisq; pariter communi facto. [Frans. Ger. Simon.] Ex his antiquissimum legimus Atheniensem philosophum, Socratis discipulum fuisse, qui scripsit dialogos xxxiiii.

Alius fuit, qui scripsit de Arte Rhetorica. Alius medicus. Alius sculptor: quorum omnium autor Diogenes Laërtius. Et Simon Magnæsius, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lyfiodiam. Strabo libro 14. Simon Constantino politanus, ludimagister, annos abhinc circiter duccentos composuit Græcè Metaphrasas: id est, sanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. Ex Hebræis verò Simonem Magum legimus, caput & autorem totius hereseos: de quo Eusebius lib. 2. latissime, & Iustinus in Apologia ad Antoninum principem, in hanc sententiam scribit: Simon quiddam Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & ope demonum sublevatus urbe nostra, compluribus per phantasmam deceptis, deus esse creditus, & honore simulacri donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur cù titulo literis Latinis descripto: Simoni deo sancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alii tanquam deum adorant,

ac fatentur. Sed & Selenen quendam erroris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipso consecraverunt. Similia quoq; Irenæus in primo adversus hæreses libro. Simon item ille, qui à Petro Spiritus sancti gratiam merari volebat, unde vitio nomen inditum: aliique complures, præter Apostolum.

Simonides, simonides, Lyricus poeta fuit à Cea insula, Secessionis qualis, quem Plin. lib. 8. cap. 56. quatuor harum literarum ζ, ψ, & ω, inventorem fuisse tradit, octavamque in lyra chordam invenisse. De hoc Cicero in Oratore: Simonides, inquit, Cæus primus artem memorandi invenisse fertur. Quum coenaret in Thesalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cegnissetq; id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more, in Calistrem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se dimiditum ejus ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paulò post esse ferunt nuntiatum Simonidi ut prodiret, juvenes stare ad januam duos quosdã, qui eum magnoperè evocarent: surrexisse illum ipsum, prodixisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud ubi epularetur Scopas, cõcidisse, ea ruina ipsam oppressum cum suis interiisse: quos quum humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Hac re tunc admonitus, invenisse fertur, ordinem esse maximè qui memoriz lumen adferret. Hactenus Cicero. Fuit & Simonides alter, Crinei filius, ex Amorgo insula, lambicus poeta: de quo Quint. lib. 10. cap. 3. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio, & jucunditate quadam commendari potest: præcipua tamè ejus in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac cum parte omnibus ejusdè operis autoribus præferant. Simonides item alius, Caristius, sive Erythræus poeta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Anlidem conventum, trimetro rum libros duos, & alia. Præter hos alios duos ponit Suidas, unum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitq; genealogiam libris tribus. Alterum Simonidem Magnetem poetam Epicum Antiochi magni tempore, cujus res gestas scripsit, ac bellum adversus Galatas. Suidas.

Simonidius, a, um, adjectivum, à Simonides, ut Simonides lacrymæ. Catullus ad Cornifici: Mestus lacrymis Simonidæ. Intelligit autè nris hylæus Simonidis, qui citantur à Scobæo & interprete Theocriti.

Sina, [Frans. Ger. Sina.] Vrbis Mesopotamiz, quo nomine etiam dicitur est mons Petreæ Arabiz. Apostolus: Sina, mra, mons est Arabiz qui cõjunctus est ei, qui nunc est Hierusalẽ. Sinada, (quod hic pro Cariz urbe legebatur) Vide SYNNADA.

Sinæ, sin. Populi sunt Indiæ, ad Septentrionem Seribus, ad Occalum Indiæ extra Gangem finitimi, terras incognitas desertasq; ad Ortum & Meridtem habentes. Horum caput est Thina. Autor Ptolemæus lib. 7. cap. 3. Stephanus urbem quoque ipsam Sinas appellat.

Sinapodes (quod hic corruptè legebatur) vide HIANTOPODES.

Sindã, dx, sinda, Oppidum Lycaoniæ, in cõfinio Galatiæ, atq; Cappadoçiæ, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad sinum magnum: à Sindis populis habitaram.

Singara, ra, sngara, Arabiz urbs Rhetanorum caput. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Sinon, onis, pen. genitivi prod. Nomen est filii Sisyphi, nepotiq; Autolyco furis. Autolycus enim, teste Servio, duos habuit liberos: Sisyphum: unde natus est Sinon: & Anticleam: unde Vlyses. Hinc est quod Virg. 2. Aeneid. Sinoni astuti & fallacis proditoris tribuit personam. Hic nanque cum Græcis Trojam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem subornatus, sua sponte se Trojanis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus civibus Græcos abiisse, ac eum illum ingentem in urbem recipiendum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Virgil. lib. 2. Aen. Talibus insidiis perjuriq; arte Sinonis Credita res, &c. Sinonis hujus inventum esse significationem specularem, autor est Plin. lib. 7. cap. 36.

Sinonia, Insula Coriciæ ultra Tyberina ostia in Antiano rut tradit Plin. lib. 3. cap. 6.

Sinope, [Frans. Ger. Ein Tochter Afopi, welche Apollon in Pontum entsandt hat vnd von ihren vater den Syrum, von dem die Syrer genennet sind.] Afopi filia dicitur, quam Apollo raptam in Pontum trauxit, & ex ea genuit Syrum: unde Syri postea appellati sunt: tametsi alii Marii & Argioz: alii Parnasses & Martii: quidam autem non ab Apolline visitatam, sed ab eo & lo-

Sisapo, onis, *omnis*, Oppidum Hispaniae Beticae, miniatius metallis in primis celebre, teste Plin. lib. 1. ca. 1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Idem lib. 33. ca. 7. Celeberrimum ex Sisaponensi regione Beticæ minium.

Sisela, *omnis*, Pannoniae superioris urbs, Romanorum colonia: de qua Ptol. lib. 1. cap. 15. & Plin. lib. 3. cap. 25.

Sisigambis, Vxor fuit Darii, quae nulli suae aetatis feminae pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander non solum non violavit, sed & summam adhibuit curam, nequis captivo corpori illuderet.

Sisyphus, pen. corr. *Sisyphus*. Germ. Ein Sohn Aegle, welcher von Thebes ist vmbgebracht und zur Hellen an ein ewigs Feindtzen verdampt worden. Aeoli filius fuit, mortalium omnium suae aetatis astutissimus, qui quum Atticam latrociniis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poetae fabulantur eo supplicii genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cuiusdam verticem cogatur provolvere: quod quum ad summum pedem extulerit, repente deorsum relabatur. Ovid. lib. 13. Metam. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphæ saxum. Huc etiam respicit Virg. 6. Aen. Saxum ingens volvant alii, radiisq; rotarum Distincti pendunt. Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Meropi Atlantis filia nupsit. Ovid. 4. Fall. Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit.

Sisyphus, adjectivum, Ovid. 13. Metam. quid sanguine cretus Sisyphio, furisq; & fraude simillimus illi Inferis Aeacidis alienae nomina gentis?

Sithonia, *omnis*, Pars Thraciae est, teste Stephano. Plin. quoq; lib. 4. cap. 11. Sithonios collocaat in ea parte Thraciae, quae ab Hamo monte aversa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus vero lib. 7. Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniae collocaat ad sinum Thermaeum: eiusq; urbes facit Toronam, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. Poetae autem Sithoniam pro ipsa Thracia ferè accipiunt: unde Sithonias nives frequenter legimus pro altissimis Thraciae nivibus. Virg. 10. Aeglog. Sithoniasq; nives hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, *omnis*, Hispaniae Beticæ oppidum, in conventu Tarracoenfis cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Sittacene, *omnis*, Regio Asiae, Media ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicitur: Sittacene autem appellata à Sitrace urbe, regionis totius capite. Vide Plinium lib. 6. cap. 26. & 27.

S ante M.

Smertis, Cambysæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentem, metuens ne regnum occuparet, occidit iussu. Fuit & alter Smertis, Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse assimulavit, eoque actu in regni successione inirepuit, regnavitque aliquot menses, donec fraude per Phardimam Otanis filiam detecta, conspiratione septem optimatum est interfectus. Vide Herod. lib. 2.

Smilax, *omnis*, Pacliae nomen, quae amore Croci pueri capta extabuit, mutataq; est in fruticem sui nominis, quae similis est hederæ sive in flores, ut ait Ovid. lib. 4. Metam. Et Crocon in parvos versus cum Smilace flores.

Smintheus, *omnis*, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Aeolidia urbem colabatur: à muribus, quos Graecorum nonnulli *omnis* appellat, impositum. Quae de re duplex ab Homeri interpretum affatur opinio: quarum prior est, fuisse in Chryse oppido Acolidis, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant: posteaq; eiusdem sacrificiis placatus, quum pellem hæc tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit, à quo hospitio acceptus, pollicitusq; mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsam Apollinem humana specie apud se divertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo construxit, vocavitq; Apollinis Sminthei, quod Aeolicæ linguae dialectico mures *omnis* vocantur. Altera talis est: Quum Creten ses aliquando coloniam deducari essent, ab Apolline responsum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellepontum, noctu mures dypeorum lora arroscent: itaque manè quum id factum viderent, memores oraculi, urbem posuerunt, eamq; Smintiam appellaverunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab eventu Sminthea cognominarunt. Ovid. lib. 6. Fall. Cõsulitur Smintheus, lacoq; obscurus oparo.

Smintium, sive Smintheum, pen. prod. *Smintium*, Apollinis delubrum, circa Chrysam urbem, quae fuit in confinio Troadis & Aeolidia, teste Strabone lib. 13.

Smyrna, *omnis*, Vulgò Le Suiras, Urbs Ionie clarissima, Melete amne irrigata, Homeri ut plerimi credunt, patria. De hac Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnaem evensissent, circiter annos quadringentos in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam succitavit, deinde Lyfimachus: & nanc

omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Vix sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ quadratæ, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homerum: hoc est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maxime hunc poetam sibi vendicant: unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Urbis moenia Meles amnis præterfluitat ceteram structuram etiam portum clausum habet. Hæcenus Strabo. Hanc Theceus Thellalus in memoriam uxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. Smyrnaem itè Graeci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smyrnaüs, adjectivum, Plectra Smyrna, Homericæ. Silius lib. 8.

S ante O.

Sogana, *omnis*, teste Ptolemæo lib. 11. dicta sunt ostia fluvii cuiusdam in Taprobana insula.

Soztes, *omnis*, Populi Asiae, Caucasii extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educant in pugnam. Vide Strabonem lib. 11.

Sochis, Aegypti Rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine, dedicavit. Autot Plin. lib. 36. cap. 8.

Socios, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit *omnis*, *omnis*: id est, Cornu Copiae, librum multæ, variæque doctrinæ. Autor Gellius.

Socrates, pen. corr. *Socrates*. Germ. Ein berühmter Philosophus zu Athen. Philosophus Atheniensis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralem transfudit. Hic æquabilitatem in omni vita servavit, adeo ut idem semper vultus, eademq; frons sive prosperis, sive adversis rebus existeret usque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper visum vultu, nec zur hilaris magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebro inter se iurgarent, & ille eas derideret, quod propter se sceleratissimū hominem, simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, novissimè verterunt in eum impetum, & malè multatū fugientemq; diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur mulierè tam acerbam domo nõ exigeret? Quoniam, inquit, quum illam domi talem perpetior, insulco & exerceor, quod foetis petulantium injuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes maledicentiam: Tu, inquit, nonne toleras anseres clamore petrepentes? eoq; respondente: Nec mirum, quum mihi ova & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xanthippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanatira obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit: Emissem pallium, si numos haberem, neminem poposset, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animadvertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, invenit primus Ethicem: id est, moralem Philosophiam, ad quam transiens, fertur dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon: Socratem nunquam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quod præter ceteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuit, exempla utriusq; rei constant. Nam & patientiam Gellius palchro scommate refert: Quum uxorem Xanthippen contumaciùs ac clamosiùs è loco sublimiore in se agentem diu tolerasset, & postremo aqua ab ea esset perfusus, cepit ridens dicere: Sciebam Xanthippen, ubi detonuisset, quandoq; pluituram. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quod Zopyrus Physiognomus Socratem ex physiognomia iudicant, omnium libidiniosissimum esse: civibus autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus: Socrates minime mentium dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicero tamen de Fato non lascivum, sed hardum ac mente stupidum, & obtulum à Zopyro dicit fuisse iudicatum. Nil unquam scripsisse constat, sed ejus dissertationes à Platone commemorantur. Damonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli: & quum alius aliud apprehenderet, per se minaxæ sunt quasi familiaris dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitarentur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynica: & ab Aristippo, quem maxime voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenæica philosophia manaverunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, ut Epicurorum, Megaricorū, Pyrrhonorū, qui se Socraticos esse dicebant.

S 2 dicere